

invenire medelam, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

### ITEM DE MIRABILIBUS SANCTI LEODGARII.

Presbiter vero deserviens in oratorium, ubi transtulerant corpus sanctum, in nocte sepius ad ostium lumen vidit mirificum ultra solitum et<sup>1</sup> terribiliter cum iusiurandum canticum se illic asseruit audisse<sup>2</sup> angelicum<sup>3</sup>. Igitur Ebroinus<sup>4</sup> audita non credit; unum ex suis fratribus ad verum cognoscendum direxit. Sed cum ad sepulcrum martiris Leudgarii cervice rigida, ubinam<sup>5</sup> Leudgarius iaceret, inquireret<sup>6</sup>, et<sup>7</sup> cecus, qui visum receperat, 'Hic<sup>8</sup> in virtutibus Dei sanctus<sup>9</sup> quiescit', diceret<sup>10</sup> et ipse, recepto lumine, deserviret, hoc nullatenus credidit, sed superbia tumidus<sup>6</sup>, dum rediret, in limine<sup>11</sup> pedem inpinxit, et non nisi famulorum manibus levatus, surrexit. Et cum in lectulo proiectus fuisset, eadem nocte spiritum exalavit. Et<sup>12</sup> quem<sup>13</sup> elatus non credidit, allisus compulsus est cognoscere, quem dispexit. Sed cum tanta rei divulgaret<sup>14</sup> opinio et fidelibus pervenisset ad gaudium<sup>12</sup>, mox<sup>15</sup> etiam ut Hebroino<sup>16</sup> fuit percognitum, noluit corrigere quod fecerat malum, sed<sup>17</sup> corde iam ceco cum suis sequatibus incredulitatis<sup>18</sup> obdurat obstaculum<sup>19</sup>. Iubebat enim minando<sup>20</sup> abscondere quod Christus dominus ad confortandum incredulus<sup>21</sup>, ad gloriam sui martiris, supra candelabrum ecclesiae ad inlustratione fidelium dignatus est demonstrare. Etenim cum mens tyranni ebitans errabunda mutaret<sup>22</sup> et nullatenus ad humilitatem vel emendationem sui converteret, aetiam ultra solido in fastu<sup>23</sup> superbiae cervice eius contra<sup>24</sup> omnes diabolus diriguisset<sup>25</sup>, tunc in eo<sup>26</sup> fuit impletum Salomonis proverbium: *Priusquam humiliet<sup>27</sup> cor hominis, elevatur; et ante* cf. Ps. 118, 67  
*ruina exaltatur<sup>28</sup> spiritus*. Et ne<sup>29</sup> tanti piaculi factum in Prov. 16, 18  
punitus<sup>30</sup> evaderet, ipse<sup>31</sup> sibi velut freneticus articulum mortis inquit. Nam cuidam obtinati, qui tunc functionem fiscali administrabat<sup>32</sup>, inventa occasione, eo<sup>33</sup> usque intulit spoliā, donec poene auferret<sup>34</sup> omnem eius praesidium; insuper mini-

1) 'et — angelicum' etiam in C exstant. 2) 'audisset' A. 3) 'adeo ut tremens refugeret, ne insolens spiritali visui interesset' fortuito, opinor, omissa ex C suppleas. 4) 'Ebrinus' A. 5) 'ubinam — tumidus' etiam in C sunt. 6) om. C. 7) 'cum' add. C. 8) 'huic' A; 'in v. D. huic' C. 9) 's. q.' om. C. 10) 'dicere' A. 11) 'lumine' pr. m. A. 12) 'et — gaudium' etiam in C adsunt. 13) 'quod' A. 14) 'divulgaretur' recte C. 15) 'mox' ad finem etiam C habet. 16) 'Hebrino' A. 17) 'quae' add. A. 18) 'incruditatis' A. 19) 'obstaculo' C. 20) 'mirando' A. 21) 'incredulos' C. 22) 'mutare' A. 23) ita C; 'infausto' A. 24) ita C; 'ultra' A. 25) ita C; 'riguisset' A. 26) 'eum' C. 27) 'humilietur' C. 28) 'exaltatus' pr. m. A. 29) 'nec' A. 30) 'inpoenitus' A. 31) ita C; 'ipsa sibi vult' A. 32) 'ministrabat' et 'ministravit' C. 33) ita C; 'eiusque' A. 34) ita C; 'offerre' A.